Eſt aliquid coniunx vel pauperis eſſe poeta :
Cætera depereunt, gloria ſola manet.
Ac quæ tam facilis mî indulſit carmina ſemper
Noluit exequijs Muſa deeſſe tuis.
Hei mihi vt ærumnæ quòd non mî & lactea vena eſt
Illius in Getica qui jacet exul humo.
Laudis vecta alis clara inter Lumina Mundi
Deſpiceres terras Sidus ab axe novum :
Et ſeges antiquum tu inſcripta Herois in album
Venturis ſerò vatibus ampla fores
Echlini ~~Philiberta~~, *tui Primaria ſexus,*
Fida tuo quondam Penelopea viro.
Interea gaude tibi quòd, quæ gloria ſumma,
CAROLVS *inferijs præfuit ipſe tuis :*
Tu mea, noſtrarum niſi forte oblita rerum eſt,
Scis bene quos habeat bibliotheca libros :
Quæq; inter rixas puerorum ſcripta profundo
Excuſent Manes qualiacunque pij.
Quà tamen hîc potero, mea ſi modò carmina viuent,
Carminibus viues tu Philiberta *meis.*

FINIS.

Eſt aliquid coniunx vel pauperis eſſe poetæ :
  Cætera depereunt, gloria ſola manet.
Ac quæ tam facilis mî indulſit carmina ſemper
  Noluit exequijs Muſa deeſſe tuis.
Hei mihi vt ærumnæ quòd non mî & lactea vena eſt
  Illius in Getica qui jacet exul humo.
Laudis vecta alis clara inter Lumina Mundi
  Deſpiceres terras Sidus ab axe novum :
Et ſeges antiquum tu inſcripta Herois in album
  Venturis ſerò vatibus ampla fores
Echlini ~~Philiberta~~, tui Primaria ſexus,
  Fida tuo quondam Penelopea viro.
Interea gaude tibi quòd, quæ gloria ſumma,
  CAROLVS inferijs præfuit ipſe tuis :
Tu mea, noſtrarum niſi forte oblita rerum eſt,
  Scis bene quos habeat bibliotheca libros :
Quæq; inter rixas puerorum ſcripta profundo
  Excuſent Manes qualiacunque pij.
Quà tamen hîc potero, mea ſi modò carmina viuent,
  Carminibus viues tu Philiberta meis.

FINIS.

1070.l.13.
4

LESSVS IN FVNERE RAPHAELIS THORII

MEDICI ET POETÆ PRÆSTANTISSIMI,

QVI LONDINI PESTE EXTINCTVS BONIS ET doctis omnibus triſte ſui deſiderium reliquit,

Anno 1625.

LONDON,

Printed by *Edward Allde* for *Thomas Walkley*.

1626.

LESSVS
IN FVNERE
RAPHAELIS THORII
MEDICI ET POETÆ PRÆSTANTISSIMI,

QVI LONDINI PESTE
EXTINCTVS BONIS ET
doctis omnibus triste sui
desiderium reliquit,
Anno 1625.

LONDON,
Printed by Edward Allde for Thomas Walkley.
1626.

LESSUS IN FUNERE RAPHAELIS THORII

MEDICI ET POETÆ PRÆSTANTISSIMI,

QUI LONDINI PESTE EXTINCTUS BONIS ET doctis omnibus triſte ſui deſiderium reliquit,

Anno 1625.

TEnê Thori obſcuris clarum caput addidit vmbris
Peſtiferi vis ſæua mali? non abſq; querelæ
Et tanto inuidiæ cumulo ſæuire profanam
In plebem, & ſolo magnos abdomine Patres
Cæca lues poterat? Cur tu pars maxima cladis?
Cur de te tantum licuit? te maxime vatum
Te Medici Coryphæe gregis? certè illa nocentem
Plus fecit ſe morte tuâ quàm mille potentum
Funeribus, quàm ſi totam graſſante veneni
Profluuio ignauis vacuaſſet ciuibus vrbem.

 Amuſæ

Amuſæ leuis eſt turbæ iactura, reſurgit
Abſq; labore filix, loliumq; renaſcitnr agris
Semine non iacto: ſed ſi Narciſſus ab imâ
Euulſus radice fuit, ſi frigore aduſta
Vel Roſa, vel Violæ, vel mollis Amaracus, ægrè
Nec niſi poſt multum veniunt exculta laborem.
Quæ nobis nunc gleba dabit, quæ cura ſecundum
Subſtituet Thorium? potis eſt Natura beare
Ingenio, Genium ingenio ſuperaddere curtas
Naturæ tranſcendit opes, *H*eroica virtus
Raró habet hæredem, doctos dat quælibet ætas,
Non quæuis Thorios, concurrant ſidera oportet
Omnia coniunctis pariant vt viribus vnum
Vel Medicum inſignem vel plenum Numine vatem:
At Thorius fuerat tam fœlix, vnus vtrâq;
Vt pariter foret arte potens, promittere vitam
Pœoniâ, Aoniâ poterat promittere famam.
Rarus honos pauciſq; datus producere vitæ
Fila vel inuitis (ſi fas eſt dicere) Parcis:
Et mage rarus honos, Parcam exarmare ſecantem
Cùm medicina nequit, pereuntis ſtamina vitæ
Supplere æterno famæ ſubtemine, & iſtam
Quæ pars eſt melior, viuendi & cauſa, perennem
Transferre in telam, quam nec liuoris iniqui
Stigmata, nec poſſint ſenij corrodere dentes.
Hoc alijs hoc ipſe ſibi præſtare valebat

 Verſipotens

Verſipotens Thorius: quod erat mortale ſub vmbras
Ante diem ſi permiſit deſcendere, fati
Crimen erat, non artis iners vel culpa, vel error
Artificis, quem Naturæ non vlla latebant
Arcana: herbarum cunctas cum nomine vires
Nouerat, omnigenûm rixas & fœdera rerum,
Quicquid & ad Medicos Chymicus calor excoquit uſus,
Quinetiam æthereis quicquid deſcripta maníplis
Lumina mortales influxu operantur in artus.
    Vos animæ, vos O animæ, quas ille minaci
Eripuit monſtro cum graſſaretur Erynnis,
Spargeret & totam virus ferale per vrbem:
Vos teſtor; meminiſtis enim & memorare poteſtis
Quàm bene de vobis meruit, quàm fortiter ægris
Adfuit, & quoties Libitinam eluſit hiantem.
    Non Cous plus ipſe ſenex deuinxit Athenas
Afflictas contage graui, & lethalibus auris,
Vnde grauem tulit ex auro radiante coronam,
Quàm Thorius Luddi dictos de nomine ciues:
Et cunctatur adhuc tanto defuncta periclo
Reddere protractæ ſtatuam pro munere vitæ
Plumbea gens? certè talem ſi priſca tuliſſent
Secla virum, non effigies ſatis vna fuiſſet
Non vmbris ſatis vllus honos mortalibus addi
Conſuetus, certê Thorius ſuperaddita buſtis
Templa, & fumantes habuiſſet odoribus aras.

 Sed

Sed ſæcli vitio nec ſint ſua præmia viuis
Nec morte ereptis, iaceat ſine vindice virtus:
Non ingrata tamen penitus noſtra audiet ætas
Chare Thori, non hæc omnes infamia tanget:
Nos tibi, queis tecum communia ſacra fuerunt,
Symmyſtæ Aonij, tibi nos æterna laborum
Præmia manſuras & conſecrabimus aras,
Non ſtructas mortali operâ, ſed Numinis arte
Quo plenum tibi pectus erat, dum ingente cothurno
Aut Magnum infami traiectum pectora ferro,
Ereptum aut nobis crudeli funere Daphnín,
Aut caneres læti ludens miracula fumi.
Ipſe ego de tanto minimus grege carmen ad Aras
Appendam, leget appenſum ſic forte viator:
Nil opus eſt hoſpes biiuges exquirere cliuos
Vt Phœbi afflatum captes per ſomnia; Diuus
Hîc colitur Thorius, totum qui pectore toto
Et Phœbum & Phœbi natum congeſſerat; iſtas
Tantùm Aras ornare velis violiſq; roſiſq;
Et Maneis placare pios: his functus abibis
Et Medicus fœlix, & anhelus Apolline vates.

[Margin: (H)enricum 4. (G)alliæ Re(g)em. (H)enricum Valliæ Prin(c)ipem. (P)oema de Ta(b)aco.]

R. A. E.

THorius, Poeta quo nec ullus dignior,
Dignum Poetam nactus eſt.
Gemella virtus laude ſociauit pari
Viuum hunc, & illum mortuum.
Sic ille ſolitus canere, ſic voluit cani:
In morte ſolum hoc commodum.
Sic approbauit imprimenda dexteri
Equitis Poetæ carmina

T. G.